



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Questio tertia. Vtrum virtute diuina possit co[m]municari puro viatori  
cognitio scientifica de articulis fidei.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

### Magistri Durandi de

quod esset immediate cognitum in ipsa natura diuina, in se & immediate intellectu nostro representata: quod non est possibile in via. Pater ergo, quod nullum lumen est in viatoribus, quod reddit eis articulum euidentem euidentiam intelligentiae.

18. Tertium probatur, scilicet quod tale lumen, si esset, euacuaret necessitatem habendi fidem & autoritatem, quia ille, cui constat certitudinaliter aliquid sic esse ex evidentiâ rei, quocunq; alio dicente, vel non dicente, non indiget testimonio, vel autoritate alterius: sed habens scientiam alicuius conclusione deductas ex principiis necessariis & euidentibus, est certus: ergo talis non indigeret alio testimonio, vel alia autoritate, nec fidei innitente autoritatâ. Si ergo illud lumen, quod isti ponunt, faceret articulos fidei euidentes, & conclusiones ex eis deductas vere scientias, sequeretur, quod tale lumen euacuaret necessitatem fidei & autoritatis. Puto tamen, quod non euacuaret possibiliter fidei, nec quantum ad actum, nec quantum ad habitum, quod posse concurrent ad faciendum unum assentum, modo, quo dictum est in praecedentia questione de scientia, & fide, & opinione.

19. Modus tamen, quem isti assignant, est impossibilis: quia contraria quantitatem sunt in impossibilia. Sed obscuritas fidei, & claritas illius luminis, opponuntur, secundum ipsos, contrarie (licet secundum gradum remissum) ergo nullo modo compatiunt se in codice. Minor patet eorum dicto. Major probatur primo, quia oppositio est causa repugnans & incompositibilitatis. Sed contraria in omni gradu, tam remissio, & intensio, opponuntur. Ergo, &c. Minor itus rationis paret, quia contrarias est oppositio secundum formam, ut habetur. 4. Metaphys. ergo vbi cung manent forma, ibi est oppositio, vel nunquam est. Forme autem manent tam in gradu remissio, & intensio: ergo in omni gradu opponuntur, & sunt incompositibiles. Secundo, quia impossibile est idem & secundum idem, simul esse album & nigrum: sed albedo in quocunque gradu sit, ex quo realiter est ibi, dat esse album, & nigredo esse nigrum: ergo, &c. Tertio terminus à quo, & ad quem in eodem motu sunt incompositibiles, alioquin virus non abiceretur per introductionem alterius: sed una forma contraria in quocunque gradu potest esse terminus ad quem, & ex quo, respectu alterius: ergo formas contrariae in quocunque gradu sunt incompositibiles. Quarto, quia magis repugnant iniucem album & nigrum in quocunque gradu, quam magis album & minus album: quia illa differunt specie, hac autem solo numero. Inter ea autem, que differunt solo numero, non potest inveniri ita formalis oppositio, sicut inter ea, quae differunt specie. Sed magis & minus album, non sunt simul in eodem. Ergo nec album & nigrum in quocunque gradu. Iten sequeretur, ut solum summe album, & summe nigrum essent contrariae, & incompositibilia, quia a maxime distat: omnis autem alia albedo, & nigredo est manifeste falsum. Puto autem in hoc esse decriptionem: quia inter contraria est quandoque dare medium aliquo modo virus per essentiam, in quo aliquatenus dicuntur extrema manere, non quidem sic, quod in illo medio sint distincte forme contrariae subesse remissio (hoc enim impossibile est, vt probatur est statim: nec illud mediū aliquo modo effet tunc virus, nisi per aggregationem) sed quia illud mediū participat naturam virtutis usque, & comparatum ad quocunque extrellum, habet aliquo modo ratione extremitati alterius: vt pater de tepido respectu calidi & frigidi. Ipsi autem accipiunt primo modo, cum ponat fidem manere cū illo lumine, tāquam duo distincta: & obscuritatem fidei cum claritate illius luminis: ideo decipiuntur.

20. Nunc restat discurrere per dicta eorum, solvendo que adducunt pro fe. Cum enim dicunt, illud lumen esse, & probant per autoritatem Aug. potest dupliciter respondere: uno modo, q; B. Aug. distinguuit duplex lumen, s. fidei, quod habetur in via, & lumen gloriae, quod habetur in patria: vt sit sensus. Aliud est lumen ad credendum, dum vnuus in via, scilicet fides: aliud, ad intelligendum in patria, gloria. Alio modo, & forte magis secundum intentionem Aug. q; duplex est notitia credibili, vna, qua assentimus simpliciter eis propter autoritatem dicentis: & hoc est per

### Sancto Porciano

fidem, quā habent omnes fideles. Alia est, quā quidem maiores posunt alios intruere & perfuadere ea quae sunt fidei, & aliqualiter declarare, & defendere: quā notitiam potest quis habere vel a deo per infusionē, vel ab alio per doctrinam, vel a seipso per exercitum studii: & hanc notitiam vocat beatus Aug. scientiam, vel sapientiam. 14. de Trin. cap. 1. Hoc etiam vocatur lumen ab eodem in auto ritatibus allegatis, quo lumine articuli intelliguntur non simpliciter, ita ut sint euidentes intellectus nostri, modo, quo alii ponunt, sed quia habetur de eis quādam altior notitia, q; per solam fidem, quae notitia est fidei declarativa, & aliqualiter perfuasiva. Et hoc lumine, id est, hac notitia, sunt illuminati maiores, qui habent fidem docere, & defendere, nec oportet eos esse illuminatos aliquo lumine, in quo articuli sunt intellecti, vel sciti, ut alii ponunt, quia ad ea, quae sunt fidei, non potest adduci cogēs ratio, ne tollat meritum fidei. Nam secundum Greg. fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimen tum. Et sic exclusa est ratio, quam adducunt.

21. Quod dicunt secundo de euidentia intelligentiae, quā facit illud lumen. Primo: o per illud Esa. 7. Nisi credidis, potest dici duplizer: Primo sic, quia de credibilibus non habetur notitia, nisi credulitas. Nisi, inquam, credideritis, non intelligetis i. aliter non cognoscetis. Vel sic, Quia notitia doctorum fidem defendantium, fidem supponit, nisi credideritis per fidem, non intelligetis, id est, non habebitis illam notitiam altiore, quae dicta est. Similiter ad illud Aug. Ego catholicā fidē profiteor, &c. potest dici duplizer: primo sic. Per fidem præsumo me venturum ad veram scientiam Beatorum, id est, quae habetur in patria, non in via. Vel sic, Præsumo me venturum ad scientiam Beatorum, id est, Doctorum magis illuminatorum, modo quo dictum est, & non illo modo, quo ipsi intelligunt.

22. Ad rationem eorum, Plus potest lumen supernatura le supposita fide, q; intellectus noster supposito pharasma te, dicendum, q; nullum lumen, quod posset haberi a puro viatore, potest tamen respectu articulorum fidei, quan tum potest lumen naturale intellectus nostri respectu principiorum naturalium, & eorum quae ex ipsis deducuntur. Cuius ratio est, quia singularia, quoniamphantasata sunt quādam similitudines, habent necessariam habitudinem ad vanuerfalia, vt ex inductione facta sufficienter, posset in singularibus euidenti vniuersale concludi, quod est principium artis: Sed nec fides, nec aliqua cognitio, tradit nobis euidentem notitiam aliorum, in quibus, vel ex quibus posset articulus euidenter intelligi, vel concluere: lumen tamen gloriae (si quod est) prout communiter ponitur, facit euidentiam tantam, vel maiorem de articulis, quoniam habemus de principiis naturalibus. Sed de illo non est sermo ad præsens.

23. Tertium autem dictum eorum, euacuatum est, ostendendo quod falsum afflumt, scilicet quod contraria in esse remissio possumt simul esse. Ad alias rationes principales, factas in arguendo ad questionem, pater responsa ex iam dictis.

Q V A E S T I O T E R T I A .  
Vtrum viatori posset communicari scientia  
de articulis fidei,  
Gandan. Quodlib. 3. q. 14.

A d tertium sic proceditur: & arguitur, quod puro viatori virtute diuina possit communicari cognitionis scientifica de articulis fidei, vel cognitionis certa & expressa: quia omnis illa cognitionis potest comunicari viatori, quae non ponit ipsum extra terminos viæ: sed cognitionis abstracta estiuia de Deo q; sit trinus & unus, quantumcum sit certa & expressa, vel scientifica, non ponit hominem extra terminos viæ: igitur potest communicari viatori. Major patet, quia nihil repugnat viatori, vt viator est, nisi illud: quod faceret ipsum non esse viatori, vel extra terminos viæ. Omnis enim repugnat resolutio in contradictionem. Minor probatur: quia sola cognitionis intuitiva, quā Apost. vocat, facie ad faciem, est beatifica, quae ponit hominem extra statu viæ: sed cognitionis abstracta, quantumcum sit expressa & perfecta, est distincta contra intuitivam, & imperfectior.

In Prolog. Sententiarum  
fectior ea: quia habens abstractiuam, adhuc desiderat in-  
tuitiuam: ergo nulla cognitione abstractiuam ponit homi-  
nem extra statum viae.

2 Item, prior cognitione potest haberi sine posteriore; sed cognitione abstractiuam, quantumcum sit perfecta expre-  
sa & scientifica, est prior intuitiuam, que sola est beatifica: ergo potest haberi ab homine sine ea: & sic homo re-  
manebit purus viator. Maior de se patet. Minor proba-  
tur: quia cognitione intuitiuam, cum relipicari rem secundum  
esse praefulnis existentiam, & se habeat ad abstractiuam  
per additionem, quia relipicit rem secundum quidditatem  
eius absolute: certe est posterior ea.

3 Item, quicquid faceret essentia diuina, si esset presens  
intellectui sua ratione obiecti naturaliter mouentis, pos-  
set facere voluntas diuina, date quo clarentia diuina non  
sit illo modo presens: sed si essentia diuina esset presens  
intellectui nostro in ratione obiecti naturaliter mouen-  
tis, ipsa cauaret cognitione quidditatem suam, & omnium  
qua sunt in ea expressam & perfectam: ergo hoc idem po-  
test facere voluntas diuina aperte presencia predicta. Sed  
illa cognitione est abstractiuam, ergo &c. Maior patet: que  
voluntas diuina potest supplere vicem cuiuscumque causa:  
mouentis. Minor de se patet, & per consequens tota ratio.

4 Item, Paulus, qui in raptu vidit diuinam essentiam,  
potest raptum habuit memoriam de visione, & de re viva,  
quia ipse locutus est de ipsa. ad Cor. 12. Illa autem co-  
gnitio memorativa, non sicut intuitiuam, sed abstractiuam:  
ergo ista est possibilis homini sine illa. Et sic idem, quod  
prius.

5 IN CONTRARIUM arguitur, quia cognitione  
abstractiuam de Deo, aut est aquae perfecta, sicut intuitiuam,  
aut perfectior, aut manus perfecta. Si sit aquae perfecta, vel  
perfectior, tunc sicut vna est beatifica, nec est communica-  
bilis, ira & altera. Si autem dicitur, quod sit minus perfecta,  
arguitur contra. Deus non habuit ab eterno de rebus cre-  
abilibus nisi cognitionem abstractiuam: quia creature non  
fuerunt ab eterno presentes Deo secundum suum esse re-  
ale, eo quod ab eterno nihil erant. Nunc autem habet de  
eis, vel de aliquibus eorum, cognitionem intuitiuam: hec  
autem non est perfectior prima, alioquin deus proficeret  
in cognitione rerum, quod est impossibile. Ergo cogni-  
tio abstractiuam, non est minus perfecta, quam intuitiuam: &  
per consequens est beatifica, & incomunicabilis viato-  
ri, sicut intuitiuam.

6 RESPONSO. Circa questionem istam proce-  
detur sic, quia primo ponetur, & exponetur quadam op-  
tio, quae dicit, quod viatori potest comunicari cognitio  
perfecta, certa, & expresa de Deo, quod sit trinus & vnum, non  
quidem in intuitiuam, sed abstractiuam: & secundo inquiretur  
de veritate illius opinionis.

7 Quantum ad primum, secundum quod ponentes di-  
ctam opinionem, distinguunt duplē cognitionem, scilicet  
abstractiuam, & intuitiuam. Vocant cognitionem intuitiuam,  
illam, quae immediata tendit ad rem sibi praesentem  
obiectiuem, secundum eius actualiter existentiam: sicut cum  
video colore existentem in pariete, vel rosa, quam in  
manu teneo. Abstractiuam autem vocant, omnem cogni-  
tionem, quae habetur de re, non sicut realiter presente in ra-  
tione obiecti immediate cogniti. Vnde secundum istos, co-  
gnitio abstractiuam dicitur non solum per abstractionem quid-  
ditaria ab esse, & a non esse, sicut est illa cognitione, per quam  
cognoscitur de aliqua re, puta de rosa, quid sit, non con-  
siderando an sit, vel non sit sed etiam dicitur abstractiuam il-  
la cognitione, per quam cognoscitur de re quod ipsa sit in rerū  
natura, dum tamen ipsa, vel sic, non sit presens in ratione  
obiecti immediate cogniti. Verbi gratia, si eclipsi Lunæ  
sit in terum natura, & Astrologus existens in domo, sciat  
Lunam tunc actualiter ecliplari, quia scit adeisse tempus  
& horam interpositionis terræ inter solem & Lunam, dum  
tamen non videat eclipsim in se, dicitur habere de eclipsi  
cognitionem abstractiuam, & non intuitiuam. Et eodem  
modo Philof. sciens demonstratiue Deum esse, habet de  
Deo cognitionem abstractiuam, non per abstractionem  
quidditatis ab esse, sed quia cognitione eius non tendit im-  
mediate in deum, ut sibi realiter praesentem, sed solum co-  
gnoscit ipsum esse ex effectibus suis. Vnde oīs cognitione,  
cuiuscumque rei, quae non est de eius actuali existentia ima-

### Quæstio. III.

mediate, ut praesente, cognoscendi est abstractiuam, & non  
intuitiuam. Et ideo, qui accipiunt cognitionem abstractiuam  
utam primo modo solū, non vadunt ad intentionem alio  
rum, nec per consequens rationes, quas super hoc fun-  
dant. Accipiendo ergo cognitionem abstractiuam, illo  
modo, quo expositum est, dicunt quidam, quod Deus pos-  
set communicare cognitionem abstractiuam puro viato-  
ri de seipso, adeo perfectam, quod ipse sic cognoscendo  
Deum, cognoscet certitudinaliter & expresse, ipsum est  
se trinum in personis, quia cognita perfecta & certitudi-  
naliter natura subiecti, cognoscuntur ea quae conuenient  
subiecto: quibus cognitis cognoscitur propositio comple-  
ta ex subiecto & praedicto. Et ideo cognitione abstractiuam  
de Deo quid diraria & perfecta, sufficit ad perfectam, cer-  
tam, & expressam cognitionem omnium, quae conuenient  
Deo intrinsecum, sicut est esse trinum & vnum, & consumma-  
tio. Rationes autem huius opinionei, probantes talem co-  
gnitionem posse comunicari viatori, postea sunt in argu-  
endo ad questionem. Et hoc sufficit de primo.

8 Quantum ad secundum, dicendum, quod viator purus  
potest habere de Deo cognitionem abstractiuam, qualis  
potest concludi ex creaturis. Et haec nullo modo se exten-  
dit ad cognoscendum de Deo, quod sit trinus, sicut in praec-  
dictis probatum fuit. Potest etiam habere de Deo, quod sit  
trinus, & vnum, per cognitionem expressam, qualis potest  
haberi per fidem. Sed quod viator possit habere de Deo cog-  
nitionem abstractiuam, adeo expressam, & perfectam, ut  
supradicti dicunt, non appetit mihi possibile, semper ta-  
men salua reuertentia diuina potentia, quae non potest a  
nobis comprehendendi perfecte. Et hoc probatur dupliciter.  
Primum sic, Impossibile est cognitionem abstractiuam cu-  
iuscumque rei esse primam, sed necessario sequitur aliam  
priorum, ex qua deducitur: sed in puro viatore non po-  
test praesens aliqua cognitione, ex qua cognitione abstractiuam  
de Deo possit deduci: ergo impossibile est, quod cognitione  
abstractiuam de Deo communiceatur viatori. Maior patet  
inductiue & ratione. Inductiue sic, Deus nihil cognovit  
abstractiuam, puta res antequam sint, nisi cognoscendo es-  
sentiam suam intuitiuam. Similiter & angelus primò in-  
tuitiuam cognoscere essentiam suam, & ex ea deducitur cog-  
nitio abstractiuam aliorum. Similiter experimur in nobis,  
quod omniem cognitionem abstractiuam intellectiuam  
precedit cognitione intuitiuam sensitu. Et similiter est in  
brutis, si habeant aliquam cognitionem abstractiuam.  
Non autem sunt plura cognoscit, quam Deus, angelus  
nos, & bruta. Quare &c.

9 Ad hoc autem dicunt quidam, quod haec inductio solū  
concludit id, quod est secundum consuernum cursum na-  
ture, sed non concludit, quod non possit aliter fieri diuina  
virtute. Sed contra hoc arguitur sic: Certum est quod Deus  
non intelligit, nec intelligere potest abstractiuam alia a se,  
nisi cognoscendo intuitiuam essentiam suam, per quam co-  
gnoscit alia. Angelos dimittamus, quia parvus scimus de eis  
& loquamur de nobis, de quibus est quodam. Concepsimus  
est etiam ab omnibus, quod secundum communem eusum na-  
ture, vires interiores, tam sensitivæ, quam intellectivæ,  
non possunt exire in actu, nisi prævia cognitione intuitiuam  
aliquius sensus exterioris: quia non habent immediata-  
tum ordinem ad res exteriores, sed solum mediante cogni-  
tione sensitiva exteriori. Propter hanc mediationem, om-  
nes actus interiorum virium, sunt abstractiuui, & non in-  
tuitiuui. Ex hoc sic arguitur: Si virtute diuina fieret, quod  
intellectus, & aliæ vires interiores, exirent in actus suos,  
respectu rerum exteriorum, absq; vila presuppositione  
quorumcumque actuum sensuum exteriorum, tunc intellec-  
tus, & vires sensitivæ interiores haberent, quo ad tales  
actus, immediatum ordinem ad res exteriores, sicut & sensus.  
Sed actus sensuum exteriorum sunt intuitiuui, propter  
immediatum ordinem ad obiecta sua. Ergo & actus in-  
tellectus, & aliarum virium interiorum, exirent intuitiuui,  
& non abstractiuui propter eandem causam. Si ergo ali-  
qua cognitione sit abstractiuam, oportet quod eam precedat ali-  
qua alia, quam supponit, vel ex qua dederatur. Et sic pa-  
ter, quod illa inducitio cōcludit illud, quod sic est in Deo,  
& in nobis, quod impossibile est oppositum quacun-  
que virtute.

Solutio Olivi  
in solutione  
ultimi.  
Dubii q. 4.  
prologi.  
Vide & de  
hac re Gabrl.  
ar. 3. q. 1. pre-  
logi.

### Magistri Durandi de

10 Ratione sic probatur eadem maior: Prima cognitio necessaria est ensis in actu: sed talis cognitio necessaria est intuitiva, ut probatur: Ergo omnis alia cognitio necessaria presupponit intuitivam, & ex ea deducitur. Major patet: quia non ens non potest cognosci, nisi per ens: nec ens in potentia, nisi per ens in actu, ut haberetur. Metaphysica: Ergo prima cognitio, ex qua omnis alia dependet, est ensis in actu. Minor probatur, quia illa cognitio est intuitiva, quia fertur immediate in rem, ut sibi praesentem secundum eius existentiam actualiter: & hoc patet ex ratione cognitionis intuitiva prius posita. Sed prima cognitio, quae est ensis in actu, ut præcogniti, fertur in ens in actu, secundum eius existentiam actualiter, cù hoc sit formalis ratio sui obiecti: et fertur immediate in ipsum, quia non mediantem alia cognitionem, cù illa sint prima: nec mediata alia cognitio, cù sit illud prius. Ergo talis cognitio est intuitiva, quā supponit omnis alia. Et hæc fuit maior principialis rationis. Minor probatur, videlicet, q̄ in pure via: tō potest præcedere aliqua cognitio, ex qua deducatur talis cognitio abstractiva, qualem illi ponat, quia cognitio vel esse eiusdem cogniti, scilicet Dei, aut alterius. Non alterius, quia illud est creatus: ex nullo autem creato præcognito potest deduci talis cognitio Dei, per quam certitudinaliter & expresse cognoscatur deus esse trinus & unus. Ut probatum est in precedentibus. Nec potest esse eiusdem cogniti, scilicet Dei, quia vel est abstractiva, vel intuitiva. Si abstractiva, adhuc ipsam præcederet quædam alia, de qua quereretur, ut prius. & sic est procelius in infinito. Relinquitur ergo, q̄ sit intuitiva: sed illa non potest comunicari viatori, cū sit beatifica: ergo nec abstractiva.

11 Sed diceret aliquis, q̄ quāvis viatori, qui nunquam fuit comprehensor, non possit talis cognitio abstractiva comunicari, viatori rame poterit comunicari, si primò ratiatur ad visionem intuitivam Dei, ac deinde cetera illa visio, & ille raptus: sicut fuit in Beato Paulo. Sed quia hoc tangit in quadam argumento prius facta, ideo nunc dicitur vñq̄ ad solutionem illius argumenti.

12 Secundum probatur principialis conclusio sic: Si talis cognitio abstractiva est possibilis viatori, aut essentia diuina secundum se immediate præsentetur intellectui, aut mediante aliquo alio. Si primò, tunc estet cognitio intuitiva, sicut visio coloris in pariete, & talis visio non potest comunicari viatori. Si secundum, aut illud est medium cognitū, aut solū ratio cognoscendi (sicut quidam ponunt de specie) non medium cognitū, quia nihil creat potest per modū obiecti cogniti ducere in tam perfectam cognitionem Dei, & expresse cognoscatur, est trinus (ut prius dictū fuit, & probatum) nec aliquis vñquā hoc possum. Si autē illud medium sit solū ratio cognoscendi, ut species, tale medium non faceret cognitionem abstractivam, sed intuitivam. Quod patet: quia si aliqua res esset secundum se realiter præsens potentia cognitiva, & præsentetur ei in ratione obiecti cognoscibilis per solā speciem, illa cognitio est intuitiva, quia potest fertur in talem rem, ut sibi realiter præsentetur in ratione obiecti immediate cogniti: quia species non est medium cognitū, sed solum ratio cognoscendi. Exempla de cognitione sensu visu. Sed essentia diuina est secundum se præsens realiter cuiuscumq; potentia cognitiva, & cuiilibet rei. Si ergo ipsa præsentetur in ratione obiecti cognoscibilis per solā speciem illi potentia que est capax eius, necesse est talem cognitionem esse intuitivam. Et hoc modo ponit quidam species in visione beatæ, quae est intuitiva. Puto tamen, q̄ nulla species (prout loquimur de specie) potest præsentare essentiam diuinam ut per eam cognoscatur intuitiva, vel abstractiva: quod plenus patet in 4. lib.

13 Sed diceret aliquis, q̄ non oportet essentia diuina, nec quodcumq; aliud obiectum esse præsens potentie, nec secundum suam actualiter existentiam, nec per medium cognitum, nec per medium, quod est ratio cognoscendi solum, ut species: quia sola cognitio rei apud potentiam cognitivam, facit obiectum præsens esse potentie, non in ratione existentis, sed in ratione agniti. Hanc enim præsentiam facit solus actus, & nulla alia præsentia obiecti requiritur ad eius cognitionem, nisi quādo cognitio causatur effectu ab obiecto, quia propter hoc bene requiritur actu alis præsentia obiecti, secundum eius realiter existentiam, eo

### Sancto Porciano

quillud, quod non est realiter in actu, nihil potest agere: sed Deus potest per seipsum facere, quod facit mediante obiectum. Et ideo, ut videretur, Deus potest causare in intellectu cognitionem alicius rei que non est præsens intellectui, secundum suam actualiter existentiam, nec secundum medium cognitum, nec secundum speciem aliquam: cuius oppositum assumebatur in precedentibus ratione.

14 Istud autem prima facie videtur mirabile satis, quia secundum hoc Deus possit facere, q̄ oculus videret colorē, qui non est ei præsens realiter, immo qui omnino non est in terrena natura, ex quo actus potest non requirit aliquam realiter existentiam obiecti, quando obiectum non mouet ad actum: quod vix est, si deus suppleret vicem obiecti in mouendo. Posset igitur secundum hoc dici, q̄ oculus videret colorē, qui non est. & auditus audiret sonū, qui non est: & gustus gustare saporem, qui non est: tactus sentire calorē, qui non est: & odoratus odorē, qui non est: quod videtur multus impossibile.

15 Item quæcumq; cognitio creata plus videtur requiri præsentiū sui obiecti, q̄ cognitio increata: quia cognitio, quanto est perfectionis, tanto pauciora requirit: & quanto imperfectionis, tanto plura. Sed cognitio diuina & increata requirit necessario præsentiam cuiuscumq; obiecti sui in sua reali existentia, vel in suo repræsentatio: quia obiectum cognitionis diuinae primarium, est sua essentia realiter præsens: obiectū autem secundarium, sunt creature, quæ ab æternō fuerū intellectui diuino præsentes in suo repræsentatio: sicut in essentia diuina, quæ est obiectum primū & repræsentatiū omnium obiectorum secundariorū: num: a iter creature possent cognoscere à Deo, nisi repræsentantur in essentia diuina, ut in obiecto primo. Ergo fortioris ratione quecumq; cognitio creata requirit necessario realē præsentia cuiuscumq; obiecti sui in sua actualiter existentia, vel in suo repræsentatio: nec aliter videtur posibile, q̄ aliquid cognoscatur. Et sic remanet adhuc virtus rationis præcedentis: & per consequens patet principialis conclusio, videlicet, q̄ nullus viator potest quacumq; virtute habere cognitionē abstractivam deo adest perfec-  
tum, q̄ possit certitudinaliter & expresse cognoscere Deum esse trinum.

16 Ad rationes in oppositiū respondendum est: Ad primā, cū dicatur, q̄ ois illa cognitio potest communicari homini viatori, quod non ponetur ipsū extra terminos vie: secundum est, hic est duplex defectus: primus est, quia ad hoc q̄ aliqua perfectione sit communicabilis, alioquin oportet q̄ illa perfectione sit in se, & secundū se posibilis: quia quod non est possibile secundū se non potest alioquin comunicari. Et ideo debet dici in maiori propositione. Quia ois illa cognitio, quæ est possibilis secundū se, & tunc minor propulsio, si directe sumatur sub ita, est falsa: quia cognitio abstractiva, qualem isti ponit, non est secundū se possibilis: quia cum omnis cognitio sit alicius cognoscētis, ista nullus est, nec esse potest: nec Dei, nec creature, nec pro statu patriæ, nec pro statu viae. Et q̄ non sit possibilis Deo, de se clarū est: quia illa cognitio est imperfecta respectu cognitionis intuitivae, ut ipsi dicunt. Nihil autem imperfectum potest esse in Deo. Quod etiā non sit possibilis creatura beatæ, ut beatæ est, patet per idem: quia cognitio creature beatæ, ut beatæ est & distinguitur a non beatā, non est nisi cognitio beatæ, quæ est intuitiva, & non abstractiva. Quod etiā non sit possibilis creatura in statu viae, quoniam sit probatum in corpore questionis, nūc tamen respondendo ad rationem, sufficit negare hanc possibiliter, & eis incumbit probatio, vel manifeste petunt principium. Secundus defectus est quia homo viator duo dicit, que se habent sicut excedentia, & excessa: quia non omnis homo est viator, immo quidam sunt comprehensores: nec omnis viator est homo, quia angelii fuerunt viatores, & adhuc Deus creare posset angelos, qui possent esse in statu viae. Potest igitur aliquid repugnare homini viatori, quatenus homo est, quod non repugnat, quatenus viator est: sicut esse angelum, repugnat homini viatori, in quantum homo est, quia idem non potest esse homo & angelus: sed non repugnat, in quantum est viator, quia angelii fuerunt viatores, & adhuc possunt esse, sicut homines. Debet ergo poni in maiori propositione, quod illa cognitio, quæ est possibilis secundū se, nec repugnat

### In Prolog. Sententiarum

gnat homini viatori, nec inquantū homo est, nec inquantū viator. Et runc in minori propositione debet probari, quod cognitio abstractiuā sit talis, quo ad singula mēbra; quod nō sit, nisi de ultimo membro. Et ideo, ratio est tripliciter defectio, ut dictum est.

17 Ad secundam rationem dicendum est, per interem pitionem minoris: quia cognitio intuitiva prior est quam abstractiuā, ut probatū fuit. Et ideo intuitiva potest habere sine abstractiuā, & nō econtra. Et cū probatur, q̄ abstractiuā sit prior, quia tēdit in quidditatē rei abolutā, intuitiva autem tendit in rem secundum esse präsentialis existentię. concedatur, quāvis abstractiuā ad aliud se excedat, q̄ ad cognitionē quidditatē, ut prius dictū est. Sed illo concessio, adhuc non sequitur, q̄ abstractiuā sit prior. Nam sensitua exterior, quae præcedit omnem abstractiuā, tendit in rem secundum esse präsentialis existentię. Quod autem additur, quod talis cognitio se habet per additionem ad aliam, non est verum, sed totum est econtrario, sicut vna cognitio potest se habere per additionem ad aliam, scilicet secundum præsuppositionem. Nec argumentum ex parte cognitorum valet, nec simpliciter, nec in proposito. Non simpliciter quia accidentia se habent per additionem ad substantiam, tanquam posteriora. Et tamen cognitione accidentium tam sensitua, quam intellectua, præcedit cognitionem substantiam. Item in proposito, esse actualis existentię, non se habet in Deo per additionē ad quidditatē, cum sint pertinentius idem: unde illa ratio nihil concludit.

18 Ad tertiam rationem dicendum est, quod ipsa nihil concludit pro eis, sed solum contra eos, si aliquid concludit: quod pater refutat rationem eorum, quicquid faceret essentiā diuinā, si est præsens intellectui in ratione obiectū naturaliter mouentis, potest facere voluntas diuina sine tali præfonia existentię: sed si essentia diuina est præsens intellectui in ratione obiectū naturaliter mouentis, ipsa caufaret perfectam cognitionem sui intuitiuā, & non abstractiuā: ergo voluntas diuina sine præfonia essentiā in ratione obiectū naturaliter mouentis, potest causare cognitionem perfectā intuitiuā, & non abstractiuā, quod est contra eos.

19 Ad quartam rationem dicendum est, quod memoria quam habuit beatus Paulus post raptum de visione, quam habuerat in raptu, & de re visa, non fuit expressa cognitione essentiā diuinā, quem ita ponunt: nec expressa cognitione visionis beatę: sed solum in quadam confuso recordabatur se vidisse Deū, sicut Nabuchodonosor Daniel. 2. in somno recordabatur aliquid magnum & mirabile, & non recordabatur quid esset in speciali. Cuius ratio est, quia omnis cognitione memoriam fit per aliquam impressionem, representantem rem memoratam per modum obiectū mediū: sed quicquid sit de specie in visione beata, nullus tamē vñquam posuit, quod essentia diuina posuit expressę & quidditatę representari per aliquod creatum, se habens in ratione obiectū mediū. Et ideo illa memoria beati Pauli non potuit esse expressa cognitione Dei abstractiuā, qualem ita ponunt.

20 Argumentum in oppositum, licet sit pro parte ista, quo ad cognitionem: assūmit tamen vnam non verum, istud videlicet, quod cognitione abstractiuā eiusdem poterit & obiectū sit & perfecta, sicut intuitiva: quod non puto verum. Ne probatio valet, quia fallim̄ assūmit, scilicet, quod Deus habet de creaturis quandoque cognitionem intuitiuā, de quibus habuerat prius cognitionē abstractiuā. Deus enim de nullo habet, nisi vna cognitionem, & uno modo, & semper aequaliter perfectam, qualitercumque illa vocetur. Quia quantumcumque creature sunt in rerum natura, vel non sine, tamen eodem modo representantur intellectui diuino, scilicet in ratione obiectū secundarii, per primum obiectum, quod est essentia diuina, vñforniter se habens in seipso, & in representando alia. Propter quod cognitione creaturarum non est in Deo plus abstractiuā, quando non sunt: nec plus intuitiuā, quando sunt. Non sic autem est in nobis. Et ideo nulū simile est hinc & inde.

### QVAESTIO QVARTA.

De vnitate scientiæ.

Thom. I. p. 2. l. 47. 3.

### Quæstio. IIII.

V Iso qualiter Theologia habet rationem scientiæ, & qualiter non: nunc querendum est de eius vnitate. Et arguitur, quod sit vna: quia scriptura loquitur de ipsa, ut de vna scientia, Sap. 10. Dedit illi scientiam sanctos rum. Quod videtur intelligi de Theologia. Ergo, &c.

2 Item illa, quæ participant vnam rationem cognoscitabilitatis, pertinet ad unum habitum cognituum, sed omnia, de quibus tractat Theologia, sunt huicmodi: quia participant rationem reuelabilem: & sic videtur pertinere ad Theologiam. ergo ipsa est vna habitus cognituum, vel vna scientia.

3 Item illa pertinent ad vnam scientiam, quæ habent attributionem ad vnum, quod est in ea principaliter consideratum: sed omnia, de quibus tractatur in Theologia, habent attributionem ad Deum de quo principaliter in ea tractatur: ergo, &c.

4 In contrarium arguitur, quia supernaturaalia debet proportionari naturalibus: sed creator, & creature, & speculabilis, & practica, de quibus tractatur in Theologia, pro ut cognoscunt ductu rationis naturalis, pertinent necessario ad diuersas scientias: ergo hæc admodum, prout cognoscunt lumine fidei, vel per reuelationem, pertinent ad diuersas scientias: sed oīs talis cognitio pertinet ad theologiam: ergo ipsa nō est vna scientia. Respōsio, Nō fiat vis in hac questione de noī scientiæ, utrū propriè conueniat Theologia vel nō: quia de hoc fatis dictū est in precedentibus: sed vocetur nīc scientia, omnis habitus theologicus cognitiuā: & sic fides est scientia, modo, quo loquitur Aug. de Vidento Deū, dicens, Illud dicimus scire, quod credimus testimonio aliorū. Quo supposito, dicendum est, q̄ Theologia non est vna scientia, sed plures. Patet sic: quia illi habitus sunt plures, & distincti, qui sunt de pluribus & distinctis obiectis: vel de eisdē obiectis, consideratis per distincta media. Sed Theologia est de pluribus, & distinctis obiectis, vel de eisdē obiectis, consideratis per distincta media. Ergo ipsa est plures habitus, & nō vnu. Maior patet, quia distinctio habituum cognitiorum non est soli ex parte obiectorum, de quibus sunt (sicut distinguitur inter se scientiæ proprie dicitur) sed etiā ex parte mediiorū (supposita identitate obiectorum) sicut scientia & opinio de eisdem, differunt, quia non sunt per idem medium: quia scientia est per medium necessarium, opinio vero per medium contingens. Et hæc distinctio est maior & formalior quam prima: Quod sit maior, de se patet. Plus enim differt opinio à scientia (dato quod sunt eiusdem obiecti) propter diuersitatem mediiorū q̄ differat scientia vna ab alia, vel opinio ab opinione, ex diuersitate obiectorum. Quod etiā sit formalior, pater, quia habitus requiritur propter modū, quo tendit poterit in obiectum: & ideo habitus distinguantur formaliter ex diuerso modo tendendi in obiecta. Unde ab aliō modo tendit intellectus in prima principia, quæ non cognoscit per discutitum, & alio modo in conclusiones, quæ cognoscuntur per discursum ex principiis: ideo alius est habitus principiorum, qui dicitur intellectus ab habitibus conclusionum. Rursum, quia in quaſā conclusiones tendit cum formidane, propter medium contingens, in quaſā vero sine formidine, propter necessitatem modi, & eius evidentiam: ideo differt opinio à scientia. Oritur autem scientia conuenit inter se in formalis modo tendendi in obiecta sua, quia omnis tendit in suum obiectum sine formidine, & necessario. Propter quod differentia, quæ habent scientiæ ex parte obiectorum, nō est adeo formalis sicut prima. Alii tamen habere non possunt. Et ideo dicuntur differre formaliter per sua obiecta. Quia tamen differentia magis si similitudinē differētē partium in modo sub suo toto, q̄ differentia specierum sub genere. Et isticud sit dictum gratias de differentiā habitum, ad prebendum alis occasionem amplius cogitandi.

5 Ad propositum enim sufficit, q̄ distinguantur habitus, tam ex parte mediiorū, quam ex parte obiectorum: quod satis declaratum est. Et sic patet maior propositio. Minor autem patet ex his, quæ dicta sunt prius in prima questione, videlicet, quod Theologia accipitur tripliciter: uno modo pro habitu, quo assentimus his, quæ in sacra scriptura traditūr, & modo, quo in ea traduntur: & sic non differt à fide: secundo modo, pro habitu defensio

N. 6.